



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quarta. Vtrum post primam sanctificationem peccare potuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

DJ. A. 5

Magistri Durandi de

men illa quæ est præter imperium rationis potest auferri, quia in nobis est ex corruptione nature per peccatum. & hoc impotatur nomine sensualitatis, vel fomitis. Non vallet, quia vna & eadem habitualis inclinatio appetitus sensitiui est quæ natus est ferri in obiectum, sive secundum imperium rationis, sive contra, vel præter. Tota enim illa diffencia est in affectibus, vel in modo actuum. Sed potest inclinatio appetitus indifferentes, nec sunt duæ inclinatio:nes, quarum vna sit à natura, & alia à peccato, sed vna & eadem, quæ est à natura per se, à peccato vero sicut causa remouente prohibens, quia per peccatum amota est originalis iustitia quæ prohibebat ne appetitus sensitius ferretur in obiectum suum præter imperium rationis, & sic impediabat talem actum, sed non tollebat potentiam, nec inclinationem habitualem.

8 Quid est ergo quid dicunt doctores, quæ fomes potest totaliter auferri remanente appetitu sensitivo, & ablatus fuit ab Adam & auferetur à refusentibus. Dicendum quod dictum eorum potest saluari secundum mentem eorum sic, fomes enim non nominat appetitum sensitivum præcisè, sed prout est pronus ad malum: hec autem prornitas potest impediri duplicitate, ne exeat in actum. Vno modo, per causam extrinsecam, pura per prouidentiam diuinam, & tunc dicitur ligari. Alio modo per qualitatem vel dispositionem aliquam in trinsecam, & habitualam, sicut fuit fortè in statu innocentiae, & perfectius erit resumptu corpore in statu resurrectionis, & sic dicunt fomes auferri, non solum ligari, quia ligamen videtur aliquid extrinsecum nominare: licet neutrò modo ipsa habitualis inclinatio secundum se tollatur. Et sic pater primus.

9 Quantum ad secundum. scilicet an per solam gratiam gratiæ facientem posit fomes ligari, vel auferri. Dicendum quod non, vt videtur, quia auctoritate gratiam faciens hoc faceret immediate, aut mediata. Non immediate, quia ipsa non perficiat appetitum sensitivum, nullius autem habitus immediate disponit nisi ad actum illius potest quæ perficit. Nec mediata, quia illud medium non est nisi actus voluntatis perfectæ per gratiam: habitus enim non perficit actum imperatur, nisi mediata actus elicito, sed actus voluntatis quantumcumque perfectæ per gratiam (nisi plus ponatur) non potest impedire quæ appetitus sensitivus posit aliquando exire in obiectum suum, præter imperium rationis: ergo gratia non potest conuenienti modo ligare, vel auferre fomitem. Quod autem actus voluntatis perficit per gratiam non possit appetitus sensitivum impedi:re prædicto modo probatur sic, gratia gratiæ facies, videatur soli hæc duo facere, sicut voluntatem inclinare efficiat ad bonum, & reddere actum meritorium. Sed ex neutrò istorum sit quæ appetitus sensitivus plus obediatur rationi, & sine istis, quare non videtur quæ per solam gratiam gratiæ faciens appetitus sensitivus posit ligari, ne feratur in obiectum suum præter imperium rationis: si ergo ligetur per aliquem habitu, oportet quæ sit aliquod donum, per quod disponatur sensus appetitus sensitivus, sicut nihil videtur conueniens secundum sensum, quo non sit conueniens secundum rationem. Et hoc sufficit de secundo, quia inferius quando tractabitur de virtutibus plenius dicetur, qualiter appetitus sensitivus possit obediere, vel non obediere rationi.

10 Quantum ad tertium, scilicet quæ fomes fuerit in beata Virgine per aliquam sanctificationem ligatus, vel totaliter ablatus, eo modo quo auferri potest. Dicendum quod per primam sanctificationem soli fuit ligatus, sed per secundam ablatus. Quod pater vñica ratione sic, fomes dicitur ligari, quod appetitus sensitivus per causam extrinsecam impeditur, ne feratur in malum. Auferri vero dicitur quod id est per habitus intrinsecum, sed post primam sanctificationem beatae Virginis impeditur in ea appetitus sensitivus, ne feratur in malum soli per diuinam prouidentiam asistenter, post secundam autem impeditur per habitus ipsam perficiente, ergo per primam sanctificationem fuit fomes ligatus, sed per secundam fuit ablatus. Maior probatur, quia cum reparatio humanæ naturæ fuit facta per Christum, sicut nullus ante Christum glorificatus est quoad animam, nec plenè liberatus est à servitute corruptionis quoad corpus (ipse enim surrexit primitus dormientium ad statum perfectæ immortalitatis) sic nullus ante ipsum liberatus est perfectè à fomite, qui est inobedientia virium

Sancto Porciano

sensituarū ad rationem. Cum hæc sit quedam inchoatio beatitudinis corporis, secundum quæ corpus erit plenè subiectum spiritui. Corpus autem Christi non fuit ante à fomite immune, & conceptum, ergo nec corpus beatæ Virginis ante eum conceperat Christum, cuæ qua conceptione concurrit secundum a sanctificatione. In prima ergo sanctificatione ligatus fuit fomes per diuinam prouidentiam asistenter, sed in secunda sublatus fuit per habitus appetitum ipsius perficiente.

11 Ad primum in contrarium pater responsio, quia fomes, prout dicit naturalem inclinationem tantum, secundum aptitudinem nunquid fuit sublatus à beata Virgine, nec à statu innocentie, nec auferetur à statu gloriae, sicut nec potentia remota moris sit, cum hæc sequatur principia naturæ, sed verruntur in potentia moriendi, & naturalis inclinatio appetitus sensitivum ligatus fuerit in statu innocencie, & perfectius ligabuntur in statu gloriae, ne exant in actum defunctuosum. In beata autem Virginie illa inclinatio fomitis fuit ligata primo per diuinam prouidentiam, Secundo per gratiam gratias daram. Potentia autem moriendi non fuit ligata, quia actus eius non est culpabilis, sicut est actualis inclinatio fomitis, nec debuit illa inclinatio potentiam moriendi plus ligari in matre, & in filio, propter rationem iam dictam.

12 Ad secundum dicendum quod illa purgatio, de qua loquitur Damascenus, non fuit à peccato originali, nec à peccato actuali, quod iam inesse, quia, ut postea dicitur, ipsa nunquam peccauit mortaliter, nec venialiter, sed fuit immunita à peccato veniali quod inesse poterat. Et forte sub eodem senti loquitur Ambrosius super Lucam, dicens quod spiritus sanctus superueniens in Virginem, mente eius omnino forte virtutem cafficauit, vel purgationem illam vocat Damascenus aliquam gratiam gratias daram, per quam perfectius ligabuntur fomes in ea qui prius per solam dei prouidentiam ligabantur.

13 Ad argumentum alterius partis pater responsio, quia non oportet quod illud quod plus collatum est beatae Virginis in sua sanctificatione, & ceteris sanctis fuerit ablatio fomitis per esentiam, sed fuit abundantior gratia & ligamentum fomitis per diuinam prouidentiam.

QVÆSTIO QVARTA.
Vtrum beata Virgo post sanctificationem peccare potuit.

Thom. 3. q. 27. a. 4.

D Einde queritur de alio effectu sanctificationis, utrum beata Virgo post sanctificationem peccare potuit. Et videtur quod sic, quia Augustinus dicit in questionibus veteris & noui testamenti, quod Maria per quam gestum est mysterium incarnationis in morte domini dubitauit, non tam in dubitatione permanebat, sed dubitatio de fide peccatum est: ergo ipsa post primam, & etiam secundam sanctificationem, non tantum peccare potuit, sed peccauit.

2 Præterea Chrysostomus super Matthæum expponens illud, Ecce mater tua & fratres tui foris stant querentes te: dicit magis fœtum est, quod faciebat ex vanâ gloria. Et super illum Iohannis secundo, vinum non habent, dicit idem Chrysostomus, quod videbat seipsum clarissimum facere per filium, & fortassis quid humanum patiebatur, quemadmodum & fratres dicescentes, manifesta teipsum mundo. Constat autem quæ talia sunt peccata falso venialis: ergo beata Virgo post secundam sanctificationem non fuit immunita ab omni peccato.

3 IN CONTRARIUM est quod Bernhardus subdit in epistola ad Lugdunenses. Loquens de prima eius sanctificatione, & dicens, Ego puto quod copiosior gratia sanctificationis, quam in aliis sanctis ab utero sanctificatis, in ipsam descendenter, quæ non solum ortum eius sanctificauit, sed eam ab omni peccato deinceps custodiuimus immunem: ergo non solum per secundam sanctificationem, sed etiam per primam adeperit, beata Virgo immunitatem ab omni peccato. Et idem dicit Augustinus in libro de Nature & gratia.

4 RESPONSO. Questione ista alia est præcedente, quia quanvis per primam vel secundam sanctificationem, & virgo fuisse totaliter liberata à fomite, non propter hoc tam fuisse confirmata in bono, ita ut non posset peccare,

quia

Lib. III. Distinctio. III.

quia peccare ex inclinacione fomitis est peccare ex infirmitate, sive ex passione. Contingit autem aliter peccare, quam ex infirmitate, scilicet ex ignorantia, vel ex electio-
ne, sive ex malitia, ergo ablatio, vel alligatio fomitis non
potest esse causa totius impeccabilitatis.

5. Item in angelis non est fomes, nec fuit in primis pa-
rentibus pro statu innocentia, vel saltem fuit in eis ligatus. Et tamen tam angelii quam primi parentes peccau-
runt: ergo carere fomite non potest esse sufficiens ratio,
quare aliquis non possit peccare. Restat ergo inquirendū
an beata Virgo fuerit per aliquam sanctificationē a deo
concurrit in bono quod peccare non posset.

6. Et dicendum ad hoc quod confirmari in bono contin-
git duplicitate, uno modo ex dono inharente. Alter modo
ex diuino orbe coassente. Primo modo nullus purus
viator confirmatur in bono a deo quod peccare non posset, sed
soi beati. Cuius ratio est, quia existente possibili defectu
in ratione possibile est voluntatem peccare in electione,
quia electio voluntatis sequitur iudicium rationis. Ethoc
fatis bene probatum fuit in 2. lib. d. 7. Sed in omni viato-
re est possibilis aliquis defectus in ratione, vel defectus er-
rors vel ignorantia, vel nescientia, vel saltē in considera-
tionis. Iota enim cōprehensorum hæc habent ex hoc quod sem-
per acutuvident quicquid ad eos pertinet: & ideo non vide-
tur quod aliquis purus viator possit per aliquod donum sibi
inherēs sic confirmari in bono quod non possit quandoque pec-
care peccato cōmissionis vel omissionis, non enim appetet
per quale donum possit viator habere quod semper consi-
derer ea qua ad ipsum pertinere possunt.

7. Itē ille cuius liberum arbitriū est per donū inherēs
sic confirmatus quod peccare non potest, talis non potest mereri
abstinentia a peccatis, quia meritū est à lib. arb. flexibili
ad virum, & ideo vbi lib. arb. est in vno confirmatus, sic
quod non est flexibile ad alterum ibi non est meritū que
ad illud, sicut etiam dictum de beatis quod non merentur
quantum ad illā, in quibus liberum arbitrium est in vno
confirmatum. Et quia liberum arbitrium bonorum est in bo-
no confirmatum, ideo non merentur abstinentia a malis,
si ergo purus viator possit cōfirmari in bono per aliquod
donum inherēs taliter quod peccare non posset, seque-
retur quod purus viator non possit mereri abstinentia a
peccatis quod est contra rationem viatoris, cuius est pro-
cedere in via per meritum. Propter quod cum beata Virgo
fuerit pura creatura viatrix non videtur quod hoc mo-
do, scilicet per donū inherens, fuerit per aliquam sanctifi-
cationem confirmata sic ut peccare non posset.

8. Secundo autem modo credibile est beatā Virginē fuisse
confirmata in bono ex diuina prouidentia sibi coexistente
& præseruante eius liberū arbitriū ne inclinaretur ad
malum, nō cognoscendo ipsum, sed iuvando & inclinando ip-
sum ad bonū, quo existente ipsa non potuit peccare, sicut
homo currens nō potest non currere dum currit. Hoc au-
tem adiutorium habuit beata Virgo per vtrāq; sanctifica-
tionem, sed plenius & perfectius per secundam, & hoc
persuaderet duplicitate. Primo sic, quia gloria filiorū sunt
patres eorum, ut dicunt Proti. 17. Et econtra ignomi-
nia patrum redundant in filios propter quod si mater vit
quam actualiter peccasset ignominia eius aliquo modo
in filiū redādasset quod nō decuit. Secundo, quia sicut ipsa
fuit media inter filiū qui est sanctus sanctoru & alios sanctos,
ita decuit ut mediū gradum sanctitatis teneret: sed
filius eius nullū peccatum cōtraxit originale, nec actualē
cōmisiit, alī autē sancti & originales cōtraxerūt, & actualē
commiserūt, ergo cōueniens fuit ut mater originale ha-
beret sub Christo, sed præseruari debuit ab omni actuali
super oēs alios sanctos iuxta dictū Anfel. in precedentibus
allegatū, quod decuit ut illius hominis, id est, Christi con-
ceptio ex purissima matre feret quā ea puritate niteret
qua sub deo nequit maior intelligi.

9. Ad primum argumentum dicendum quod dubitatio
que sonat in infirmitate fidei peccati est, nec talis du-
bitatio fuit in beata Virgine tempore passionis, sed remā-
fit in ea fides firmissima. Fuit tamen in ea quād dubita-
tio admirationis dum cōsiderabat eum quem tam dignē
generat sic ignominiose pati.

10. Ad secundum dicendum quod Chrysostomus ex-
cessit in verbis illis quanvis posuit exponi ut intelligatur

Quæstio I.

dominum cohibusse motum inanis glorie, non qui fue-
rit in matre quoad ipsam, sed qui in ipsa esse ab aliis pote-
rat extimari.

Sententia huius distinctionis, IIII.

in generali & speciali.

Q UAM vero incarnationis verbi. Superius ostendit ma-
gister quid & cuius conditionis fuerit aliumpū
a ētio de incarnatione. Hic determinat quo agnē ior-
matum fuerit illud quod assumptum est. Et dividitur in
tres partes. Primo querit quare opus incarnationis spiri-
tus fan. attributatur. Et solvit. Secundo cum Christus de spiri-
tu fan. sit natus, quare nō dicitur filius spiritus sancti, si-
cut natus de virginē dicitur filius virginis. Et solvit dans
intelligētiam huius rationis, ostendens quomodo diver-
simode dicitur aliquis filius & natus. Secunda ibi, Sed nō
est in hoc diutius immorandū. Tertio querit cur eum na-
tum profitearū cū A. post. dicit eum factū ibi, Sed querit
solvit Cur nos solemus. Hęc est sententia &c.

IN Speciali sic procedit, & primo proponit quan-
dam questionē, cū enim tota trinitas sit cooperata in in-
carnatione, quare in scriptura opus incarnationis spiritus
sancto attributur. Et respondet quod hoc ideo sit nō quid
spiritus fan. solus incarnationē fecerit, sed quia verbum dei
factū est caro charitate ineffabilē ipsius dei quod donum
spiritus sancto attributur, nec pro rāto pater & filius ab
hoc operi excluduntur, sed uno nominato alias intellici-
gitur, sicut & in aliis actibus essentialibus. In operationib-
us tamen nominalibus una persona aliā excludit. Postea
querit cum Christus sit natus de spiritu sancto, Vtrum
debeat dici filius spiritus sancti, ostendit primo quod nō quia
si pater eum genuit secundū quod est verbum & spi. fan.
secundū quod est homo compositū esset ex duabus na-
tūris, s. diuina & humana, & secundū unam esset filius
vniuersus, & secundū aliam filium alterius, quasi spiritus san-
ctus esset matri pro viro, quod aures humanae non susti-
nente. In contraria obicitur quare non dicitur Christus filius
spiritus sancti, sicut dicitur filius virginis, cum de vtrōq;
sit natus. Et respōdet quod Christus natus est de virginē, tan-
quam de matre, sed de spiritu sancto natus est nō tantū de
patre, nō enim omne natū de aliquo est filius eius. Nam
vermes nascuntur de homine, nec sunt eius filii. Et qui ba-
ptizantur nascuntur ex aqua & spiritu sancto, nec dicun-
tur filii aquae, sed ecclesia. E contrario non oēs qui dicuntur
filii alii sunt ab eo nati, vt illi qui adoptātūr. Et ideo
nō oportet quod dicatur Christus filius spiritus sancti, quan-
uis ab eo sit natus per appropriationē, vt dictū est. Tunc
querit quare A. post. dicit, Christum factū hominem, cum
verē natū sit de matre, & de spiritu sancto. Et respondet
quod hoc dicit Apost. ad insinuādum modum generationis
Christi, scilicet ex spiritu sancto, qui nō est natus ex eius
substanciali, sed ex potestate spiritus sancti formata est illa-
cero, & verbo vniuersi.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Christus debeat dici filius spiritus sancti.

Thom. 3. q. 32. ar. 3.

Cura distinctionē istam primo querit, utrum Christus
debeat dici filius spiritus sancti. Et videtur quod sic
quia ille de quo actiū alius est conceptus & genitus
dicitur pater eius, sed Christus secundum humanitatem
fuit de spiritu sancto conceptus, vt pater ex Symbolo Apo-
stolorum fuit etiam ab eo genitus, sicut dicit glo. Mat. 2.,
quod Deus de Sarra genuit filium, & multo magis genuit
Christum de Maria spiritus sanctus: ergo spiritus san-
ctus poret dici pater Christi, & Christus filius spi-
ritus sancti.

2. Item secundum Philos. lib. 3. de generatione anima-
lium, pater est principiū actiū in generatione, mater
vero ministrat materialē solum. Sed beata Virgo dicitur
fuisse mater Christi propriei materialē quā ministravit;
ergo spiritus sanctus dici potest pater eius, quia fuit princi-
pium actiū eius conceptionis.

3. IN CONTRARIUM est quod dicit B. Aug. in
Enchir. 24. cap. 9. Christus natus est de spiritu sancto, nō
sicut de patre. Sic autem de illa, scilicet beata Virgine, si-
cū de matre. Et arguitur per rationem, quia genera-

EE 4. 139